

A2^r

REVERENDO ATQVE ERV=
dito uiro domino Magistro Corbi=
niano Heindel, Concionatori
Plauenſis Ecclesiæ fidelis=
ſimo, ſuo affini cum
primis charo.
GRATIAM AC PA=
cem per Chriftum.
Miretur quis fortaffe,
reuerende ac chariffl=
me domine affinis, q
ego homo Theologicis ſtudijs, ac græ
uibus Eccleſiaſticæ administrationis
curis & negotijs implicatus, puerili
huic opellæ manum admouere uo=
luerim. At mihi ita libuit, non qui=
dem illa grauiora omittere, ſed illis
qua potef fieri diligentia, curatis, mo
dicam temporis portiunculam etiam
huic rei decidere, quantum uidelicet
(atq utinam non maiorem)nonnulli
ſibi licere putant impendere uel pi=
ſcationi, uel aleæ, uel potationi, uel
ſomno, aut certè ocioſæ deambula=

A2 tioni.

A2^v

PISTOLA

tioni. Vnde & mihi licere hoc puto,
atq id eo magis, quòd in ea sīm ſen=
tentia, puerorum ſtudijs quacunq
ratione conſulere, nulli ſtatui indeco
rum eſſe, quando conſtat Chriftum
Dei filium, Dominum ſummum, nō
ſindignum fe putaffe ad pueros aman
ter amplectendos fe familiarifſimè
demittere, ut Euangeliſtarum teſtan=
tur hiftoriæ. Cæterum quod ad for=
mulas haſce pueriles colligēdas per=
tinet, non te fugit, me quidem cœ=
piſſe, cum Ludimoderatoris prouin=
ciam iſthic adhuc admiſtrarem, e=
iusq officij mei ratio id operis tum
certis ex cauſis à me poſtularet. Sed
quo minus tum fuerit abſoluta hæc
opella, noſti non tam per me, quam
per Chalcographos ſtetiffe. Iam ue=
ro quia cōltat plerasq Scholas parte
harum formularum aliquandiu uſur=
pata etiam reliquas ſtudioſe deſide=
rare, nolui illarum commoditati hac
in re longius deeffe, fed olim ex par=
te col=

A3^r

DEDICATORIA.

te collectas nunc demum absoluere
uifum eft. Quo uerò confilio uerba
Terentij nonnihil alicubi mutata ad
puerilem ufum accommodauerim,
facile cuiuis docto patere puto. Nam
plurimum refert ad citò parandam
latini fermonis facultatem, uersari
puerum in eiusmodi locutionum le=
ctione, quę ad ufum cotidianū quām
maxime fuit accommodatæ. Vide=
mus enim qua facilitate infantes uer=
naculum fermonem percipient, eo q̄
subinde audiunt in colloquijs dome=
sticis, quae ad cotidianum de rebus
familiarib. dicendi ufum pertinent.
Quod si nihil audirent, niſi graues,
& ab ufu rerum puerilium remotas
eloquentium uirorū orationes, quan=
do ex ijs cotidiani fermonis faculta=
tem effent confequuturi? nunq aut
tardissimè. Itaq & Latinæ quidem
linguae rudibus adhuc pueris nostris,
ut sanè conuenit optimos autores
proponi, qui uerba & dicendi for=

A 3 mulas

A3^v

EPISTOLA

mulas purè latinas fuppeditent, ita
coſdem ftatim ad uſum puerilem at= temperare eft consultiffimum, dum ipſi aliquando per ætatem eos auto= res integros euoluere, ac de corum ſententia plenè cognoscere poterūt. Idipſum ergo etiam in hoc optimo latini fermonis autore Terentio pue= rorum gratia facere non ſum ueritus. Colligens etiam alioqui eas potiffi= mum formulas, quæ puerilibus col= loquijs uidebantur idoneæ, relictis interim illis, quæ, ut ad grandiorem ætatem pertinent, ita ab ea fola com= modiſſime diſcuntur. Vernaculum quoq fermonem interponere uolui, non qualem ubique uerbum uerbo redditum exigeret, ſed noſtræ Teu= tonicæ linguæ conuenientem, ger= manamq eius phraſin referentem. Male enim confulunt puerorum ftu= dijs, qui in Latinis uernaculo idio= mate reddendis paſſim(ut ita dicam) latinifant, linguarumq diuerſarum phraſes

A4^r

DEDICATORIA.

phrases ac proprietates inter se confundūt. Tandem & numerum denarium nō temerc adieci, Maiore enim uoluptate his ediscendis dant operam, cum sentiunt se iam hunc iam illum numerum ediscendo superasse. Iam si pueritiae formatores harum formularum usum omnes recte teinant, ac commode illis proponant, non est dubium, quin hoc, quicquid est laboris, ingentem sit fructum pueris allaturum. Qui quidem illis ut facilissime cedat, ex animo precor. Tibi uero affinis iucundissime, hanc interim qualemcumq; opellam nominatim dedicare uolui, tum quod eius Scholae, cuius gratia primum hasce formulas colligere sum aggressus, fideliter iuxta ac feliciter Superattendentem agas, tum ut esset aliquod pinguis mei synceri erga te amoris, non quidem nuper adeo ex affinitate tantum conflati, sed quem nobis ingeniourum, studiorumq; similitudo iam

A 4 olim

A4^v

EPISTOLA.

olim conciliatum, mutua huc usque
benevolentia fuit & auxit. Postre=mo etiam paruuli tui Ioannis non
parua mihi habita est ratio, cuius fu=turis Christo aspirante studijs, iam
tum amanter prouidere, & fideliter
confulere cupiam. De hoc ergo mihi
polliceor, ubi ad eam ætatem perue=nerit, qua his discendis poterit ope=ram dare, eum maiore studio & be=nevolentia hasce formulas cognitu=rum, ubi uiderit eas parenti suo dul=cissimo, à propinquo itidem amicí=fímo nominatim esse dedicatas. Tu
ergo quicquid hoc est opellæ, uel in
filiali tui gratiam boni à me confuse,
ac bene cum tuis omnibus uale. Da=tæ ex Oelßnitz sabbato post

Exaudi, Anno Do=mini 1545.

Paulus Perdix Pastor
Oelßnicensis
T. A.